

*gentorum stadiorum conficere. Talem igitur fuisse Glau-  
cum verisimile est, eumque venisse in hanc opinio-  
nem apud vulgus, ut existimaretur  
Deus marinus.*

FABVLARVM  
POETICARVM  
P. OVIDII META-  
MORPHOSI DESCRI-  
ptarum

*INTERPRETATIO ETHI-  
ca Physica & Historica*

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER XIV.

FAB. I. IAMQUE GIGANTEIS &c.

De Scyllæ inguinibus in canes.

Scylla cur **F**Retum Siciliense, quia scopulosum & angustum est,  
fingatur à tanto fervet aestu, ut fluctus inter se concurrentes, sco-  
pulisque illisi, quædam quasi latratum referant. Hinc fin-  
gatur Scylla à pube, canibus, & lupis succincta, quam in  
freto scopulum esse constat.  
pube, & lu-  
pis succin-  
ctæ.

FAB.